

F.R. 60.

10.

Zc
3307

PIAM, FELICEM, AVGUSTAMQVE VITAM

VIRI

QVONDAM SVMME REVERENDI, AM-
PLISSIMI atque EXCELLENTISSIMI,

CHRISTIANI LEHMANNI,

SS. THEOLOGIAE DOCTORIS, PRAESVLIS.
FREIBERGENSIS, PASTORIS PRIMARII, AC SCHOLAR-
CHAE OPTIME MERITI,

D. VIII KALEND. FEBR. A. S. 1000
QVI DIVO IN FASTIS PAVLLO SACER EST,
ORATIONE HAC PARENTALI,
QVA FIERI POTVIT,
ET QVAM TANTO DEBEBAT PATRONO SVO,
RELIGIONE,

IN AVDITORIO GYMNASII MAIORE
EXPOSVIT
M. SAMVEL MOLLERVVS, RECTOR.

FREIBERGAE,
CHRISTOPHORVS MATTHAER.



Η ΠΟΛΤΦΡΟΝΤΙΣΤΟΤ ΟΛΙΓΟΝ ΤΟΔΕ ΣΗΜΑ
ΔΕΜΑΝΝΟΤ,
ΟΙ ΔΕ ΚΛΕΟΣ ΦΗΜΗ ΟΤΡΑΝΟΜΗΚΕΣ ΕΑΩ.

*Perillustris ac Generosissime Exarche,
Maxime Reverende Praeful,*

Consul Nobilissime, Patresque ac Ephori Gravissimi;
Sacerdotes Sanctissimi, Collegae Conjunctissimi, Holpites, quotquot ad-
estis, munerum, honorum ac eruditio[n]is dignitate, Splendidissimi,
tuque renascentis avi Spes dilectissima, mea delicia.



Væ anno superiori, eodemque propemodum vergente, toti Christiano cœtui, huic perantiquæ civitati, pietati ac religione, templis, gravissimo Sacerdotum ordini, tot familiis nobilissimis, atq; huic etiam schole, jactura allata sit, eo minus ignorari potest, quo major ea, & tristior extitit, ac animos omnium, in cau[m] illa commun[i] vehementius affixit. Ecqu[am] enim bonus sit, qui mortem non luxerit Lehmanni, Praefulis sanctissimi, qui divino quodam munere datus, atque ad seram, id quod in votis etiam nobis erat semper, sene[re]tutem servatus, tamen, octogenario major, præmaturus faro suo concessu[m] existimat[ur]. Ita enim res comparatæ sunt nostræ, ut, quorum non taciliis reparatio datur, ea non amemus faltem bona, sed &, quasi penitus illis affixi, amplectamur, ac denique, si vel Deus ipse, cuius omnia nutu aguntur, imperet, vel ægerrime amittamus. Neque etiam, tametsi hic aliquid, quod hominum est, faciamus nos, ac patiamur, Deum, qui poterat, pro eo, quo in nos amore fertur, ego succentere arbitr[er]e; quidona ipse sua serio nobis commendat, usuque approbat continuo, ac si repetita doleamus, eadem a nobis recte aestimata huius, agnoscit. Lugemus igitur, nec facile unquam elugebimus, quoniā, qui mente est nostra conceptus dolor, longe sedet altius, quam qui brevi sanari tempore, aut fomentis adhibitis mitigari possit. Velut enim, quicquid fauciū est, vel levissimo retricatur attachu, ac novo identidem manat, natatque sanguine; ita nostra etiam, quoties Parentem desideramus nostrum, tories vulnera recrudescunt; quodque ejus desiderii modus est nullus, eo exacerbantur magis, ac sine prope medela liescunt. Noverunt, quæ nos reverunt, musea, parietes ac fecessus, querelas nostras, & gemitus; testis eorum hic animus est, qui in una Lehmanni contemplatione defigitur; quem cogitamus semper, quem videmus, quem variis, recentibus tamen imaginibus audimus, tenemus, alloquimur. Patria ipsa, & cœtus ille, qua purior est, Deo consecratus, in casu hoc stupet non nostro magis, quam suo, densataque Theologorum summorum funera lamentis & lacrymis prosecutus justissimis, se illis, q[ui]ibus niti poterat, praefidiis destituit, queritur. Absit ominari aliiquid adversi velle; sed videbit, cui mens non læva est, quæ in ista calamitate publica tibi præcipue partes injunctæ, quidve persona, quam gerit maxime dignum sit. Si vero Divus ille Senex laboribus rector olim nostris, magister, & testis, ac ille, secundum Deum, unus

A

fere

fere adiuit, aūspiciisque nobis suis ac approbatione animum qvafī & spiritū addidit; negligentiores certe nunc facti esse videremur, nisi & iusta qvædam in hoc pulvere nostro, nostrisqve, qvas nunqvat alpernatus est, umbris religiose peracta, constarent. Ita, qvondam more tradito, vix ullum tam solenne munus fuit, qvam humandi suos; nobis autem nihil prius esse debet, nihilqve antiquius, ac eorum, qvi bene de nobis meriti sunt, si vel offa terræ mandata sint, nomen famamqve reverenter observare ac suspicere, corundemqve pie semper meminisse. Ac Lehmannus qvidem ipse, paucis ante obitum beatissimum diebus, cum eum graviter decumbentem, ac itineri, qvod ad Superos parabat, intentum, salutare ultimam, ac vota ipsius, qvæ pro schola nostra, pro collegis amicissimis, pro pube literarum studiora, pro me, qvem amabat, proqve familia mea, studio ardentissimo nuncupabat, colligere licuisset, nescio qvid præcipere potius videretur, qvam, ut sui ego bonus tuerer memoriam. Semel hoc monuit, cum solus mecum esse cepisset; iterum monuit, cum digressurus esset; adeo, ut, nisi mihi esset perfervafissimum, nunqvat eum meam in dubium vocasse pietatem, ex dictis illis criminis aliquius suscipio, ac dolor rei minus bene gestæ, hærente potuisset. Ego vero optimæ mentis conscientia tretus, qvanta ipse jubebat autoritate, tanto id recipiebam, qvod jussifer, obfèqvo: atqve ille velut infide hac data lubens tunc acqievit; ita ego meum esse puravi, candem qvovis liberare modo, atqve, ut ejus testificatione effet memoria, quantum debeam publice hic profiteri. Idcirco Lehmannus mihi dicendus nominandusqve est, qvem Lubeca, iustitiae pariter ac religionis fides inclutissima, jam ante biennium, supererit, per Praefulem suum exilientissimum, suis celebravit sermonibus; qvem regiones, qvem montes vicini, qvem pulpita & templia adhuc citarunt omnia mortuum, & donec homines erunt, qvibus cordi virtus est ac religio, nunqvat non citatura sunt. Jure eqvidem hunc improbari posse conatum, non inficior, qvod nihil in me tanto dignum viro esse video: sed velut ex umbris imagines, atqve ex tenebris soles ipsi effugient excellentius: ita, nec obscuritatem meam ipsius nobilitati atqve magnitudini quicquam obfuturam esse, spero. Ignoscere autem, Dñe Pater, si mea in te pietati ne sic qvidem latit qveam facere: qvicqvad enim verbis non valero, tacita mentis veneratio, & lacrymæ præstabunt: qvamqvat & has tantisper velim inarescere, dum, qvod tibi destino, officio utcunqve defunctus sim. Et vos, Auditores gravissimi, causas, qvamobrem prodierim, qvamqve ab omni cum audacia, tum levitate meum longissime absit confilium, cognovistis: qvare & veniam dicturo mihi dabitis liberaliter, & pudori meo ac infirmitati consulturi, per manes, perqve tot merita Lehmanni exorati, aures benevolas accommodabitis.

Fuit olim dedita huic studio antiquitas, ut eos, per qvos docta, atqve ad sacrofancti Numinis cultum formata esset, omnibus, qvibus posset, ornarer, atqve ad celum laudibus eveheret: sed, ut ne minus fecisse videretur, nimium saepe aufa, atqve, ex culpæ fuga, ad superstitionem ac vanitatem progressa est. Ita enim Rajmundum de Permaforti doctorem ea salutavit Irrefragabilem; Aegidium Romanum, Fundatissimum; Thomam Aquinatem, Angelicum, Bonaventuram Seraphicum; Richardum de Media villa, Solidum; Scotum, Subtilem; Mayeronum, Acutum, atqve Illuminatum; Nicolaum de Lyra, Planum ac Utilem, Durandum de Sancto Portiano, Resolutissimum,

sumum; Gersonem, Christianissimum. Neque nos tam iniqui sumus, qui,
 si digni fuerunt, sua illis invideamus elogia: at velut arrogantis est, incer-
 ta atque obtusa alii obtrudere pro certis velle; ita e contrario haud pro-
 cul ab impietatis abest virtus, ea reticere, quae dicenda. atque, ut reliqui
 exemplum inde, quod sequuntur, capiant, posteritatem commendanda sunt
 fideliter. Judicabit vero, qui potest, quique Lehmannum penitus cognovit,
 num & hic periculum esse queat, ne modum dicendo laudandoque ex-
 cedam? quod quidem nec tum futurum esse videatur, si vel ars ubertatem
 summam & facultatem pericitur, vel spatiofissimae isti negotio Plinii cle-
 phydræ impendantur. Cum igitur omnia dicere nemo possit; nihil dicere
 facinus sit: sic ego mihi temperabo, ut nec vitam, aut seriem ejus ab ini-
 tiis suis commemorem; nec ipsam, quae tam pulcre sterit, ac tanto omnium
 applausu & acclamatione missa est, in theatrum personam revocem;
 sed cum ea, si ille mihi, ex antiqua numorum formula, PIUS, FELIX, AV-
 GVSTVS. nuncupatus sit, tribus, quod dicunt, verbis, expediam. Ex quo
 togam virilem Scipio sumferat Africanus, nullo die prius iste ullam publi-
 cam privatamque rem egit, quam in Capitolium iret, ingressusque ad eum,
 considerer, & plerumque tempus solus in secreto ibi tereret; quae res vul-
 gatae opinioni fidem fecit, eum stirpis divina non saltem virum esse, sed &
 plura cum Jove ipso agere, quam cum hominibus. Fuit ille arte quadam
 ab juventa in ostentationem virtutum compositus; Deique conseruatinem
 mentitus, magnum se fecit ac admirabiliter: Sed in Lehmanno nihil fictum
 erat, nihil simulatum; nemoque vestrum, Auditores, erit, quin tecum sin-
 cere affirmet, domi hunc suæ non minus, quam publice vixisse cum Deo,
 Deum in oculis, in ore, in pectore, inque omnibus membris suis gestisse, e-
 jusque unice consilii praeceptisque fretum, sinceræ pietatis laudem obti-
 nuisse. Quae, dum serenitas constat, agro bene subacto materia bona com-
 mendatur, ac imbre deinde rigor placido, coelumque rursus experitur cle-
 mentius, segerem reddit uberrimam: ipsa vero tenero adhuc ejus animo re-
 ligionis tradita femina, tam egregium consecuta solum, haeserunt facile ra-
 dices egerunt, germinarunt, geniculatumque culmen erexerunt, ac, Deo
 incrementum aspirante, fructu opera primum amplissimo refuderunt.
 Quid aliud, quam pietatis officina, in qua formabatur, domus erat? Vivebant,
 resque agebant, quasi in conspectu Dei, parentes optimi; a votis ac precibus
 omnium negotiorum capiebantur primordia; huic soli, si quid boni effectum
 esset, acceptum tenebant; ac, si spei quandoque minus respondisset eventus,
 tamen Deum ita voluisse, ipsis, qui nutum ejus ac imperium observabant, latis e-
 rat. Qvicquid igitur parentibus sollemniter fuit, idem & soboles factitavit lectissima;
 quodque summa ejus ubique agebatur cura, ipsa tam in ædibus istis, quasi in la-
 crario suo, perspecta est, quam suos quoque radios, ut toris conspicere possent, la-
 tissime exferunt. Hannibalem pater Hamilcar, in Hispaniam prolecturus, ea
 conditione socium itineris adscivit, si ad aram, ad quam sacrificare insti-
 tuerat, adductus, ceteris remotis, juraret, se nunquam in amicitia cum Ro-
 manis fore: quod quidem jusjurandum, divini alioquin ac humani juris
 contemtor, ita per omnem servavit vitam, ut animam potius, quam odium
 illud, quo per disciplinam istam imbutus erat, ponere. En! longe melio-
 rem Lehmannorum pietatem, & cultum! Filios optimos, optimus ipse
 pater in Musarum, quæ ad Albinum sunt, castra, studiorum causa missurus
 erat, ipsis vero mitti gestiebant; sed quo auspicio illud ageretur, ad aram,

B

quod

¶ : ¶) 6 (¶ : ¶

quod & olim jam factum erat, Dei itum est, ubi dexter Christianus, Imma-
nuel sinist, mediusque pater ipse, in genua provoluti, ipsius opes & grati-
tiam humillima implorarunt prece, ac, patre verba praeunte, fratres cla-
rissimi Numinis optimi Maximi se se ministerio nancipavero totos, vitiorum
omnium, qui & antea fuerant, ac istorum, quæ propositum laudabile ipso-
rum morari possent, hostes se perpetuos professi. Neque unquam hæc
mens iramutata; corroborata nihil virtus in lubrico isto admisit indecens;
nihil etas designavit prior ista, cuius posteriore suppudere posset; uterque
vero purus ac illibatus honores capessit amplissimos, aliosque post alios
consecutus est. Nostrum vero maxime suspicio, qui pari ubique, sive Op-
tionem, aut Diaconum, sive etiam Presbyterum, aut Praesulem ageret, sterit
vestigio; & quo magis præ aliis eminuit, eo etiam religiosus preces inten-
dit suas, lumenque conspectus edidit, censuram suam esse viram ratus, ad
quam, qui regendi dati essent, dirigerentur, ac converterentur, non auribus
modo, verum etiam oculis, quæ discenda & facienda forent, percepturi.
Estemus efficacissimus hic svadendi præcipienda modus, si, quæ fieri ve-
lis, ipse facias. Sit enim piger aliquis, tamen ei veterius ita suis excuti-
tur; sit refractarius & contumax, sic tamen vel pudore, vel justitia expu-
gnatur; sit impius, ac ipsa pietas perverdat alia, iterque communisat me-
lius. Observant hoc illi, qui Deum noverunt rectius; ac cum nosse modo
illis non sufficiat, de ipso recte etiam sentiunt; nec sentiunt tantum, sed i-
mitantur quoque, ac non doctos magis, quam Christianos se professi, ad
eam, quam per Christum adepti sunt, dignitatem omnia referunt. Multum
quæritur, quæ optima omnium Deum colendi sit ratio? sed cum in
diversa hic, qui respondent, sœpe abeant; minus ego mihi erraturus videar,
si hanc esse afferam, quæ Dei honore maxime nititur, ac in eo unice, ut
ille sartus rectusque sit, veritur. Absunt ab hoc cultu longissime, qui
nihil amplectendum credendumve statuant, quam qvod humana cognosce-
re, atque exhaustire possit ratio: absunt, qui pravo superstitione habitu im-
buri, aliis, qvod Deo deberetur, impertuntur: accedunt vero ad eum, qui
tantum quidem, quantum alii sibi afferunt jure, non negligunt, sed tamen
ad Dei modo magnitudinem, potentiam, bonitatemque se convertunt, eandem
que admirantur. Qvis vero hac in cauâ Lehmanno solicitor fuit, ac stu-
diosior? Si honor Deo habendus esset suus, ipse adiut; si vindicandus at-
que amplificandus esset, ipse adiut; si defendendus, qui que eum impu-
gnabant, arcendi essent, ipse quoque adiut. Testes sunt, qui id probent, innu-
meri; quin & sine teste ac arbitrio, tam diurnis, quam nocturnis preces
ipsi allegavit ardentissimas; huic hymnos cecinit, hunc & suspiravit subinde,
sibi, suis omnibus, atque Ecclesiæ in primis afflictissimæ, clementem at-
que propitrium. Animo confidunt boni strenuique milites, ac armis suis;
nisdemque freti, nec infidias, nec vim apertam, qvod utrisque superiores
sunt, exhorrescant: sed Lehmannus robur suum in sacrarum literarum
pandeatis habebat positum, quas non minus, ac membra sua noverat, quas
versabat assiduus, atque, tot, in Dei causa, stipendiis, bellisque, in quibus
haud quicquam fine itis agendum statuebat, defunctus, utendo attriverat,
ac tantum non laceraverat. Tamen vero non ille erat, qui majorum piis-
sorum scripta, quibus publice asserta religio, ac secus sentientes impro-
bati convictique erant, cum itis conferret fontibus; tamen ex his illa,
tan-

lump



tanquam rivulos, derivata esse, ac tanquam verbi divini medullam a nobis
 haud temere custodiri, rationibus semper solidissimis evincebat. Tora igitur
 voluntate, qui novari quicquam vellet, aut parum honorifice de illis pro-
 nunciaret, eum aversabatur; impugnantem non tolerabat; vel circa finem
 vitae hanc ob causam laetior, non tuisse Freibergæ, qui manifesto auctor esset
 talia, sique auctor esset non nemo aliquid, factum tamen infelicem illum, ante,
 quam ederetur, esse suffocatum. Sed ipse, sive sacras literas, sive ec-
 clesias nostras evolveret symbola, nihil adeo, quam Christum sibi quærendum
 investigandumque sumebat, eam velut summam sibi legem constituens, ut
 cum esset doctissimus, ingenioque laudem obtineret, ultimus tamen hujus, ex
 amore atque cognitione Christi, cumulus accederet. Si proinde, quod saepe
 contigit, de eo sermones cum collegis caderet conjunctissimis, quanam
 potissimum via utendum esset, ut ipsi, verba ex suggestu sacro facientes, re-
 gerent, molirent, sanarentque cum lucefatu audientium animos? Ipse
 Christum, inquit, Viri amicissimi, commendamus ac tradamus; qui si ut-
 tramque nobis paginam fecerit, illi etiam, qui curæ demandati sunt nostræ,
 atque ab nostro pendent ore, ipsum, typis quasi expressum, non memo-
 rizantur, sed & animæ inferent. Qui igitur Lehmannum audiebat, if-
 sum scripture sacrae nucleus sibi datum gaudebat; & quicquid de Bonaventura
 Trithemius ille eruditissimus prædicat; in omnem ejus sermonem
 conveniebat optime: erat profundus, non verbosus; subtilis, non curiosus; disser-
 tus, non vanus; flammantis, non instantia verba proferens. Velut autem ipse
 non subito effundebat verba, aut temere intra buccas nascentia tumidas pro-
 pellebat, sed mundissime concepta ita, & probe considerata, effabantur; ita
 & ab aliis nihil rei divinae pertinctoriae aut solute audiri, vel videri, vacuos
 autem ab his, quæ mundana sunt, animos adverte, voluit. Verum si quid fieret,
 quod cum Dei gloria & pietate minus stare posset, non segnis, aut super-
 pinus connivebat, sed prudenti Zelo acris erat & afficax, & solertia non
 facile imitanda gravitatem lenitatem conjugebat, & tam feliciter a regia ab-
 errantes via reducebat, quam rerum ignaros docebat, & fauicos fractos
 que solabatur. Vitia enim infectabantur non homines; non castigabat ha-
 lucinantes, sed emendabat; vulnera non faciebat, sed curabat; sequeban-
 tar monentem attenti & pendentes, qui audiebant, & per lavare sibi, etiam
 cum persvasisset, cupiebant. Quibus etiam rebus factum est, ut cum praefi-
 sidii suis læaretur veritas, omne tucatum simulatumque corrueret, & im-
 pietas perinde ac supersticio, e fundamentis suis disjectæ, hoc honestatis vir-
 turisque statore vigili, nihil haberent roboris, aut virium. Sunt alia, quæ
 nos neque sanctos reddunt, ubi ea lectemur, nec damnant, si ignoremus,
 attamen antiquitus recepta, quasi signa quedam, animum ad rerum sacra-
 rum venerationem elevant, simpliciores excitant, ac disciplinam adminicu-
 lantur, quæ sive ceremoniarum, sive rituum, aut consuerudinum veniant no-
 mine, parum interest. His tantum Divus Lehmannus indulxit, quantum fas
 erat; a veteribus non abhorruit, nec tamen novi quicquam, quoconque illud
 titulo fieret, recipi voluit; itorum, si quid omissum esset, ut retinere-
 tur, instaurit; hoc si vellent nonnulli, donec suarum illud virium fuit, restituit;
 nec tamen, si, quibus rerum arbitrium relictum est, veniam impertiri essent,
 tam obstinata voluntate refragatus est, ut vel contradiceret, vel sibi, aut aliis,
 ea de causa scrupulum, quasi ipsa læsa esset religio, injiceret temere, Ver-
 titate

titur in hoc omnis cardo prudentiae, quæ cum qvemvis ornat ac juvat ordinem.
 tum præcipue ab rerum sacrarum Antistite, tanquam clavus, qvo navis, ut cur-
 sum teneat suum, regitur, ac scopulis syribusqve caute evitatis, Deo duce ac au-
 spice ventos secundiores adipirante, in portum ingrediatur, apprehendenda
 est. Qui vero illa utitur, legesqve, qvando intendenda sunt, intendit, ac vicis-
 sim, ubi opus sit, ac liceat, obseqvitur, ac Dei ubiqve & conscientia rationem
 habet, ille sive severus sit, sive per illecebras aditum præpareret, intrabit facile,
 ac omnium atrores colliget. Prodeat, qui velit, ac proberet, si possit, per ini-
 potentiam ac libidinem aliquid movisse Lehmannum, qui tam placidus, quietus,
 & moderatus erat, ut illatam sepe sibi injuriam concoqueret, &, cum irasci
 ac indignari posset, vicii oblitus, ac spe emendationis sustentatus, placaretur.
 Cum igitur apis esset firmillimus, qvæ, dum mellis opus conficit, favos stipat,
 circum volat, ac flores libat cuiusvis generis, quo hominibus, nihil sibi serva-
 tura, dulce illud saccharum largiri queat; tamen sine omni fuit aculeo, qvo
 compungi posset aliquid, aut ægritudine affici, Nimirum & hoc facere pietatis
 est; ut pote qvæ virtus numen eqvidem Dei optimi Maximi inprimitis cognoscit,
 colit ac veneratur: secundum tamen illud. & eos, qvibus parentum est, obser-
 servat, reliquos necessarios aestimat, neminem superciliosè fastidit, omnibus
 autem, qvibuscumque rationibus fieri possit, omni studio consultit. Incidit in
 eam educatio ejus ætatem, qvæ simplicior tuit, ac ubi parentes vere impera-
 bant liberis, liberi autem in obsequio gloriam constituentes suam, nec artibus
 & pravis machinationibus eorum justa eludebant, nec obfirmato in contumacia
 animo, jura expugnabant, aut e manibus tasces, divino traditos auspicio,
 perque naturam communitos, extorquiebant. At Lehmannus, seu puer,
 seu juvenis, esset, in manu genitoris fuit carissimi; ab hoc tornari se, ac regi
 prolibitu ejus, passus est, & qvicquid de le decreveret, id ipsum, non quam facile,
 aut jucundum, sed quam bonum ac salutare toret, inqvires, amplexus
 est. Qvæ vero selege prioribus istis obligaverat annis, eadem nec deinde solvi
 voluit, cum honoribus admoveretur maximis: secus, ac multi faciunt, qui si
 lucis aliquid sibi acqvisivisse videantur, aut gradu parentes nonnullo superent,
 eos vita salutisqve sua autores negligunt, ac omni beneficiorum memoria,
 quam tamen ipsi jure suo parenrem exigere poterant, abjecta, qvæsi ignotos
 sibi intuentur. Ille vero, sive Vicarius patris esset sive Ephorus, pari eum
 pietate coluit; cumque demum eos, a qvibus genitus editusque, ac tanta cum
 cura educatus erat, senes, effætisque in corpore viribusefferret, haud minus
 illos, ac si integra & florente extinti essent ætate, decenter, pieque luxit, non
 quam diu vixissent, sed quam boni & æqui fuissent, accurate secum reputatis.
 Capite vobis id exemplum, filii, illudque cogitate hic, qvod Seneca, gravis
 simus autor, habet: *nulla vi verborum, inqvies, nulla ingenii facultate exprimam
 possem, quantum opus sit, quam laudabile, quamque nunquam a memoria hominum exi-
 turum, posse hoc dicere: Parentibus meis parui, cessi imperio eorum, sive agrum, sive mi-
 grum fuit, obsequenter submissumque me prebus, ad hoc unum contumax fui, ne bene-
 ficiis vimarer.* Qvis igitur eum, qui tam pius filius fuerat, non tales qvo
 que parentem fuisse, sibi persvadeat? Aut de aliis certe dubitabimus, aut hic
 credemus, nihil eo fuisse præstantius, nihilque excellentius. Qvoties pro-
 lem, qvod qvidem sepius contigit, sustollebat, divino se auctum munere ju-
 dicabat, eamque ob rem, non suam magis, quam Dei illam esse, ratus, ipse
 dux temper & custos adstitit, nunc exemplo, nunc præcepto eam regens,
 ut,

ut, qvæ sanguine eodem creta esset, moribus etiam, ac virtute, suam cognosceret. A qvo autem venerat, ad ejus ministerium præparanda erat; qvod quidem eo præstantius consilium est, qvod, qvi finem haud sibi proponit illum, aut ipse belua similis est, aut beluarum similes educabit. Quem vero ut conseqveretur, cum curis infinitis, nec impensæ pepercit ulli, nec pecunia, qvantamen, in agro isto tam bono non perituram sibi, probe callebat, qvi plura longe, qvam acceperat, erat redditurus. Quid de sororibus dicam & fratribus, adamantino invicem vinculo conjunctis? una hic voluntas erat, una pietas, discordia nulla; & si qva orta esset contentio, de amore illa erat mutuo, ac officiis: qvæ tametsi constarent fatis, & sanctitate diligentiaque perpetua observarentur, minus tamen, se fecisse quisque eorum prope queritus est. Patris loco Theodosius fuit Christiano, Christianus Immanueli; ac trigæ hujus, qvamdui in eodem, vel Lipsiæ, vel Wittebergæ, morata est contubernio, talis vita fuit, qvalis ne Charitum quidem ipsarum, amice adeo conspirantium, esse poscit: si vero locorum disjuncta esset intervallis, ex nulla re magis, qvam desiderio laborabatur. Superstitem Christianum fratibus sororibusque inclutissimi fata ipsa voluerant; sed hic, qvam ægre mortes eorum tulerat, tam pie stirpibus, qvo minus calamitatem sentirent suam, eo autem felicis ex ista fere emergenter, curavit. Domestica hæ sunt, nec, nisi ab illis, qvi familiarius adhæserunt, magnopere observata: sed atia dantur, vel eo nomine magis conspicua, qvod omnium ore celebrata, ipsa fama per regiones longe dissitas circumferuntur. Alia erat fraterna Sacerdotum oppida venerabilium necessitudo, qva sancte perinde, ut ista, imo longe secretore nexu, qvoniam non natura & sanguis, sed Dei nutus ac voluntas, Augustissimique Principis suffragium acceperant, fuit constituta. Non erit dividæ vobis, Viri admodum reverendi, si & vestrum hic pertentare austim affectum, qvibus Lehmanno vivo nihil magis tuit in deliciis, qvibus etiam, eodem extincto, non oculus, non dextra modo, sed anima ipsa & spiritus ereptus esse videatur. Esse possint Præsules, qvi muneric sui sublimitate freti, eos, qvi fratrūm esse debebant loco, vel, non sine contumelia, sibi subjici velint, vel acerbius, qvod quidem Noster etiam in ephemericis sua questus est de non nomine, tametsi rem a te bene curatam esse haud ignorant, excipiunt. Non poscendus, non qvarrendus fuit Lehmannus, sed, obvius & expositus omnibus, salutantes qvam humanissime admisit, imo nec eorum servitia cohibuit: & si quid per literas rogareretur, tam facilis respondentis fuit benevolentia, qvam ingens, qvæ confulentem, aut responsum elicitem sollicitudo verfaverat. Nec ficta ergo fuit humanitas, aut temporaria; ignorant enim recta ista, & recondita, mentes generose; sed fidei & candoris antiqui plena, qvi velut ipse simplex & justus est, ita & simplicitatem in aliis estimat, ac suspiccionibus calumniisque posthabitis, solum illud, qvod fuggerit religio, decernit. Inde igitur flumine qvodam perenni amor redundabat; hunc reverentia, & mera elicita bonitate fiducia excipiebat, qvæ, tot annis coalescentia, exemplum aliis, sed fructum posteritati tantum reliquerunt, quem ævum nullum, ubi Deus assenserit propitius, exhaustet. Latet autem de eo, dum vivunt, sacerdotes religiosi, ac, si occumbendum sit, eo tranquillus sua componunt membra, animamque reddunt, qvod tristem minus ac acerbum casum fore illum præcipiunt, qvia, qvod luctuosiorem eum efficere poterat, aliquanto lenius, in solatio isto, factum esse vident, qvod viduis

viduis ipsorum ac pupillis, ærario, eum in finem condito, servatum est, acquiescentes. Atque ipsa ea miserabilis turba certatim agit, agetque Lehmanno gratias; ac veluti infelices succedent infelibus, nec deerunt unquam, qui res domi fractas hoc præsidio restaurari velint: ita, dum restaurabuntur, Patroni ejus ac Tutoris non meminisse honorificissime non poterunt, cuius opera orbitatem, squaloremque ac fortunam suam, minus sentiunt Ignoscatis autem, manes beatissimi, si a nobis, qui de schola sumus, non tanto adhuc, quo fieri illud par erat, culti sitis opere: quod, cum viri ejus piiissimi neminem prætereret indulgentia, tamen nos certe, si quisquam alius, quantum ea posset, quantaque ejus vis esset, omni experti sumus tempore. Umbribria qibusdam studia videantur nostra, conseruantur, abjiciantur: ille parva etiam hæc, sine quibus tamen magna constare nequeunt, doctus, has libentissime exedras invisit nostras, scholasticae pubis conarus accedit, magistrorum, præfentia sua, industriam acuit, adolescentiamque suam honestissime exactam ita recordatus, quid concedendum, quid tolerandum, quidve arcendum ab ea ætate esset, &, quid tandem ornare istam maxime posset, monuit. Adfuit quandoque, cum influentibus, in morem torrentis, negotiis tecisset paria, ex hoc quasi acceptissimo sibi remissionis genere animam esset rovocaturus: advolavit, si qua eodem præside ac arbitrio agenda forent, nec ullum tam necessarium ipsi esse videbatur negotium, quin, quicquid hic curandum erat, prius ac antiquius esse statuerat. Quo vero amore literulas nostras, eodem nos ipsos prosecutus est; accepimus paria cum aliis beneficia; nemo nostrum in re implicita consiliis, in adversa solatis, in afflita auxiliis, ac quæcumque tandem nos vel erigeret, vel premeret fortuna, eisdem gratia caruit. Tales sunt, nec alii oratione esse possunt, quorum solidi jaçto fundamento subsistit pietas; quæ reliquarum virtutum princeps est, ac omnes eas, tanquam socias sibi adscitas, choro regit, & non magis, quam sponsus sponsam, justo sibi adnexam fœdere, ab se divelli patitur. Si quis vero per pietatem proxime ad Deum accessit, quid aliud, quam Dei, benefaciendo, imaginem posse reddere? quod solum quidem cum ipso homines communes habent, eo tamen discrimine, quod omnis ipse beneficii fons ac origo est, hi vero, quasi canalis, quicquid suppeditant, ad pauperes conferunt. Sed vanus ego haud videar, si Lehmannum, hac divina mente instructum, plus illis impertinet esse, quam sibi ex tot laborum suorum premiis servasse, affirmem: qui idem cum Cyro, maximo Persarum Rege, ingenium obtinuerat, quod non tale erat, ut datur omnino vellet, sed quod dando magis lætabatur, quam poscidendo. Poterat aliis eismodi onerosa esse liberalitas, quoniam dignitas ipsa sumtuosa erat, & reditus, propter sumnam animi æqvitatem, quæ nec operæ sæpe præmium accipiebat, nunquam rigide urgebat, incertior: sed quicquid hic cessavit, ipsa frugalitate suppletum est, ex quo capite omnis ea virtus decurrit. Sublevati ea sunt pii exules, quibus fides, Deo asserta, patria potior fuerat ac opibus; sublevati ea sunt orphani, viduae, ac illi, quibus cum egestas sua, tum probitas, aditum aperiebat, cumpromis & literati adolescentes, ac juvenes, qui hoc unicum fiduciae suæ asylum ingressi, nunquam non aut viatico, aut spē bona, aut alio solatio erexit, lactiores reversi sunt. Quæ vero tanta bona cum efficeret, se tamen effecisse ignorabat, quod in talem virtus, tamque firmam facilitatem abierat, quæ naturam imitata, nunquam deflecebat de curriculo, nec aliu quidpiam, quam

quam quod laudari merebatur, vel sponte sua, sineque lege ordinabat. Quantum itaque sua ipsi vita merita laudis decernebat pariter ac addebat, tantum drectavat ipse, ac refugit constantissime, vel cerre verecundissime admisit. Quoties enim tale quidpiam accidit: novi inquiebat, quam parum isti bumeris, illudque ingenium, valeat: homo enim sum, ac omni proinde, quae hominis attenuare posse gloriam, infirmitati obnoxius: si vero aliquid adesse dignum laude videatur, illud non meum, sed Dei est; cui cum bonum ipsum, tum fructus ejus illibatus relinqutatur, ac integer. In summa igitur pietate & sanctitate peccatorem, Dei clementia indigum, sese profitabatur; in maxima rerum cognitione & experientia, illud subinde dictum, quantum est, quod ignoramus! sibi inculcabat; cumque altissimo dignus esset fastigio, atque ad omnia bene curanda & expedienda idoneus, tamen, nullo dubitante alio, ipse hæsitavit. Pallium hodie episco- pale candidati rogant instanter, instantius, instantissime: Lehmannus adeo ab omni temeritate, impotentia, libidine ac ambitu remotus erat, ut non quæ- rerer honores, sed ut tibi imponi permetteret, querendus ipse esset, tantumque non cogendus. Sed tamen haec Dei esse causam non nescius, Ambrosii, Augustini, Pauliniani ac aliorum exemplis vinci se passus est: non fugit autem, nec Armonii ejus, quem Socrates, quo detornitate corporis parendi necessitatem definaret, dextram sibi auriculam amputavisse, referit, exemplum secutus est. Lehmannus & animum. & corpus, & au- rem ipsam Deo dedicaverat, atque hanc præsertim, antiquo & pio instituto, tanquam minister, Deo cum fidelissimus, tum amicissimus, perforandam fi- bi porrexerat, quo monumento isto, ipsum mancipio & nexu ejus fore per- petuo, nec fidei hujus religionem deserturum esse, omnibus innofereret. Haud mirum igitur, si, cum in omnes esset pius, sibi tamen soli hand peper- cerit. Jam puer enim laboribus innutritus liberalibus, ab otio illiberali ab- horruit, hac una ex re le oblectans, quod voluptatis, socordiaeque vitare posset illicebas, quæ, cum discreta turpissemus sint, longe conjunguntur turpis. Quanta itaque primum sciendi erat cupiditas, tanta & fuit indu- stria; quoque magis deinde onus incubuit, eo alacrius nervos applicuit fu- os; & cum nimis illud aductum esset, opus ad multam sèpe noctem con- tinuavit, ac ne in immensum accresceret, vel antelucana rurliu, exacta etiam aetate, tanquam Demosthenes, ipsos opifices diligentia superavit. Sed quis novisse ejus omnes, aut commemorare labores posse? Tentes aliorum omnes nos habuit; multorum Principem ac Senatum rerum sacrarum eminentissimum; omnium Deum solum; ac si inquiras, cui eos accommodaverit? non ipsi, sed alii, per omnem sudatum esse vitam invenies: quod qvidem magni omnes faciunt viri, qui, tanquam publicæ victimæ, sensus, corpus, animum que ipsum, communis inservientes bono, atterunt. Sed tempore mihi, ne ista addam, quæ Lehmannus reticuit ipse, conscientia, quam tamæ studio- fior. Ac veluti pictores ingentem vim hominum exigua descripturi tabu- la, paucorum cum corpore ora, multorumque fine iis vertices pingunt, plus rimos autem quasi contegunt: ita alias nos hic ejus virtutes attigimus sal- tem, alias tacite admirari sumus, pietatem vero, quæ de cœlo deducit omnia, ac eidem nos interfici posse, vereque felices reddit, exposuimus. Felicem ve- ro dum & ipsum Lehmannum prædicto, non talē eum fisto, qui deliciis abundaverit omnibus, aut rebus ad nutum fluentibus eminuerit præ ceteris; sed, qui, Deo ob virtutem suam carissimus, bona ista, quæ ejus expertes non

capiunt, vel si occupent, malitiose tamen collocant, consecutus ab eodem fuerit clemencie, perpetuoque obtinuerit. Aegre ad hanc fortunam adpi- rasset, nisi Christiani parentibus editus, iisque sacris ac mysteriis initiatus esset, quibus, Deo traditi, beatam auspicamus vitam, istique ceteri, qui membra eterna illius civitatis continet, adjuncti, fortis nullo tempore, nulloque malo abolendae sperni ingredimur. Acceslerunt ad hanc felicitatem, cum ipsa nascendi conditione, ornamenta illa familiae clarissimae domestica, ad quam ea per viros, vel in sacris, vel civibus munieribus, vel etiam in armis multum verfas, ad dignitates amplissimas, inno & exequorem, torque ac anulo aureo accepto, ordinem, quem vero virtute potius tueri, quam verbis, aut tumulis ostentare imaginibus placuit, rem bene gerendo adscendit. In- cunabula ipsius Sudetes habent, non metallorum magis, quam ingeniorum fertiles, quae, celo soloque confirmata, non modo ad laboris omnis patientiam excitantur, ac artes manu exercent assidua, sed & ob res, vel solerter inventas, vel liberalia studia accurate culta, vel negotiationes prudenter insti- tutas, juxta & ob antiqui simplicisque illius candoris studium & anorem, ab omnibus magno semper in pretio habita sunt. Pater Christianus tuit, Scheiben- bergenium, avus Theodosius, Elterlinensem Pastores, Sacerdotesque gra- viissimi, abbas Petrus, Syndicus & Consul Annabergensis, fama etiamnum bene curatae patriæ florantisimus. Primus cum sua probitate ac eruditio- ne, qua montes ornavit suos, tum prole adeo feliciter genita & educata, no- bilissimus est: alter mense Januario anni millesimi sexcentisimi quadrage- simi secundi, cuius Decembri, quarto Nonarum, Divus Praeful noster lucem primam aspexit, ex terroribus ab hoste furioso illatis, occubuit; tertius, in- tegrum, ab anno millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, quinqvenni- um intra haec subfella eruditus, Wittebergam concessit, omniisque auctus di- sciplina ac honore domum rediit. Dies erat dominica cum Euphrosyna mater, Kreufeliorum gente sata, ac eo tempore, quo ære Campano ordien- dorum lacrorum causa signum dabatur, hunc filium enixa est: eo videlicet indicio, talem fore istum, qui religionem non curaturus tantum, sed & aliis magno cum successu esset traditurus. Et tu, Freiberga dilectissima, qvan- do de dirissima, atrocissimaque illa Torstensohniana oppugnatione cogitas, tuum quoque eo tempore Lehmannum natum esse cogites, qui precibus suis, vigiliis, curisque perpetuis iis te liberatus erat hostibus, abs quibus animarum perita salus erat, atque concussa. Nec ipsis, vel ob hoc, parenti- bus ea non poterat esse latissime nativitas, quod, cum antea, iteratis pe- regrini militis incursionibus, vexati, ac sedibus suis, ingenti eum fortunaram omnium detrimento, ejecti essent, perque silvas ac latibula reptantes vita- ipsi timuerint, nunc dato eo quasi genio tutelario, melius ac quietius habi- tare coperint, domo eorum milite praefidario per Buschium confobrinum, qui turma equitum praetextus erat, custodita. Tame si vero periculum ces- fabat, tamen nec sensus ejus, nec ipsa calamitas sublata erant, quippe stra- ges ea latissime edita vim malorum tantam invexerat, quibus longum vi- tempus, ac, omni bellorum strepitu extineto, recuperata Germaniae quies mederi posset. Facile igitur ex his conjicere liceat, quam tenuia, quamque dura, in vietu cultuque tenuissimo, Lehmanni fuerint initia, quae tamen cum primi ordinis Patribus Hieronymo, Augustino ac aliis pluribus communia- habuit, quos iure natos angustissima, virtus, quam fortuna ipsa potentior est,

est, ejusque, Dei ope, insultus conculcat, tummis admovit dignitatibus. Ut enim felicitas intelicitatis, sic infelicitas vicissim felicitatis mater jure appellabitur: quæ tantum abest, ut generolas labefactet mentes, ac opprimat, ut erigat potius, atque adversus omnes rerum advertarum conatum inciter. Quæ igitur parentes afflictissima ætate ista desperabant, ea sperabat Noster; nec tanta tamen, quanta Dei, quæ Christianorum fortuna est, ipsi providentia definiaverat. Ita enim Pater eum domi eruditus fuit, ut, primis imbutus doctrinæ Christianæ capitibus, accurate eleganterque scribere & competrare disceret, ac eam deinde artem, quæ quidem multis Montanorum nostrorum perutilis ac futilitas extitit, facitando, vel rei domesticæ, vel etiam publicæ suam aliquando operam addiceret. Qvo vero illud melius succederet, ejus aliquod ex linguis, eruditis familiaribus, præsidium petere placuit: quas cum libasset Christianus, ipsarum quoque literarum dulcedinem inde percipiens, & Patri satiscit optimo, & viam simul, per quam altiora longe adire posset, sedulo sibi muniit. Objiebant quædam rigidiiores magistris sufflatuina, qui liberale illud Laconica duritie excipiebant ingenium, eumque, qui sponte currebat sua, stimulis impellebant acerbioribus. Qvod vero tametsi ab studio eum non avertitur laudabilis, tamen timidum ita reddidit, ut eo, nescio, an nœvo, quem ipse ita dicebat, nec sine ratiōne omni emolumento, qvod a multis sic viri revocatus esset, laboraverit. Jam tunc igitur auroræ iſtus, ex qua sol, qui nobis, eheu! occidit, proditurus erat, serenioris nonnulla emicat facies, suæque indoles magnitudinis non obscura præbebat indicia: hinc Icholæ quærenda erat, in qua cresceret, publica; Chemnicensis autem proxime paret, quam Seifridus, Philologus pariter ac Theologus moderabatur exquisitus: qui profectu ejus cognito, vix tredecim natum annos, ac aliquo, ad quam ratiōne reliqui commilitones, ejus expertes, trubebant, Hebreæ lingua scientia instructum, secundanis addidit. Ita vero hic influtitum puer ingenium urgebat suum, ut instrumenta egregia comparareret sibi, ac cereris adulterioribus exemplo esse posset: qvos veluti superbarat doctrina, vel pares certe habebat, ita etiam sic Præceptoribus se insinuabat fidelissimus, ut nemo illis esset carior. Sed animo cum satis bene prospectum esset, corpus si non eguit, tamen parum laute fultentatum est, ac, ubi per somnum illud recidiendum erat, cum tumore oloidoque vitoriose ipsi servulo, id quod aliquoties ex eodem me audiuisse memini, dormiendum fuit. Arguit hic aures adolescentes delicatuli, qui lautiarum epularumque conquistissimarum studiis, cuticulam faltem curant suam, sed animum marceret, ac contabescere patiuntur, cuius non in dapibus & lecto molliculo, nec in somno ad multam faciem protrahit, sed in labore, vigilis, studiisque honestissimis opes sitæ sunt, ac pabula. Dira ista & pestilens ætatis adolescentis est felicitas, quæ ipses parentum intervertis, patrimonia, sudore multo parta, dissipat, patriæ columnam detruit, morbumque infert tales, qui per se lethalis est, & totum suo contagio gregem inficit, infectumque occidit. Factum vero est, ut Seifridus ex scholis ad sacra ecclesiæ ministeria evocaretur, ac Theodosius, frater natu major, Lipsiam adiret, quare Christiano suo consulum fore Pater credebat plissimus, si una ipse frat, ac, Thomanæ scholæ cum alumnis dedisset, literarum ibitirocinia deponeret. Ratum Deus illud habuit constitutum, funque Præceptores affensi; qui cum plura in recessu eum habere, quam prima fronte promitteret, nec tralatitie eruditum,

ac musicum esse, qui clara suavique modulatione ducere posset animos, vi-
dissent, nihil in ipso ornando, amplificando, limandoque omiserunt. Cram-
erum vero, itemque Knüpferum licet experiretur sibi maxime proprios,
Rappoltum tamen præcipue, tunc istius Lycei Conrectorem, securus est,
cujus summa timul cura scholis intenta erat sublimioribus, ac sacrosanctis
tandem lectionibus adhibita, non qvæ humana, sed Dei unius sunt, ita negotia
administravit, uti & scriberet hujus promotura gloriam, & viros ejus-
dem studiosissimos in colonias quasi mitteret. Sufficiat in tot ejus discipulis
Hornikios dicere, Ziegleros, Stegeros. Banzeros, Carpzovios, qvorum, tam-
etsi terræ mandata in cineres abierunt corpora, nomini ac famæ eruditio o-
mnes affurgunt superstite. Vixit crevitque cum istis Lehmannus, actuque
primo illo fatis feliciter, absoluto, ad alterum se se accinxit, ac necessario-
rum, magistrorumque svasu, per qvos cum lingvarum, tum disciplinarum
qvoque, qvorum auxiliis in levioribus istis opus est, apparatum consecu-
tus erat, III Eiduum Juniarum in civibus academicis nomen suum protel-
lus est. Non cruda igitur ac male digesta in publicam istam lucem propellebat
studia, sed bene matura, & talia, qvibus, qvæ fundamentis, moles ista,
qvam præceptores omnino non perfunctio præfagiebant, ac ipse, non inani
qvadam offentatione, sed sano ac sobrio argumento secum descriperat, ruto
posset incumberere. Hic, si qvem alium, Batilium præcipue Cæsareae Cappa-
docum Episcopum, virum celeberrimum, ac ad summa omnis doctrinæ fa-
stigia progressum, imitatus est, qvi, cum Athenis, discendi caussa, doctores ad-
iret, primam ætatem Sapientiae studiis aluit, a qvibus animum ad rerum di-
vinarum scientiam adduxit, magnisque spatiis ad metam ratione & judicio
constitutam processit. Continuavit hic open studiumque suum Rappoltus,
accederunt Thomasius, Alberti, Scherzerus, ac alia tanta nomina, qvæ artas
ista certatim coluit, ac omnia posteritas dignis ad ccelum laudibus evehet.
Qvod vero dum publice isti lumen præferebant doctrinæ cupido, idem domi
ipse securus est, iisque, qvi jam pridem et vivis excecerant, ducibus in sub-
sidium vocatis, omnes fundos ingressus, res conquisivit, collegitque optimas,
& floculis ex omnium hortis decerpitis, apparatum suum locupletiorem
reddidit. Successit eo felicius illud institutum, qvod in contubernio esse li-
cebat viri eruditissimi Godofredi Christiani Bosii, Vespertini apud Lipsienses
Concionatoris, cuius omnibus arcans admissus, vidit multa, multaque au-
dit, qvæ alii abstrusa sunt, & recondita. Sive enim literæ ad eruditos
scribendæ, five eorum excipiendi sermones, five doctorum excepanda scri-
pta, five clarorum virorum menstrua, in qvibus omnis doctrinæ fontes ma-
gis, qvam combinentum cululli exhaustebantur, convivia celebranda essent,
Lehmannus, isque solus præsto fuit, deliciarum istarum factus particeps.
Qvod autem genus felicitatis qvamvis vehementissime sibi gratularetur; at-
tamen dubitari poterat, illine plus, an huic profuerit, in cuius ita ministerium
descenderat. Ac si verum dicere fas sit, nimium incumbebat onus, ani-
moque curato, corpus, cuius ille fulturis sustinetur, multis laboribus fractum,
ægre isti, doctrinæ nimis cupidus, sufficiebat porro, qvare periculum erat,
ne utraque pars ea labalceret. Omnia igitur tentata, unde aliquid accipi pos-
set subsidiis, quo sibi, Musisqve, missa conditione ista, viveret; nihil autem,
præter ingenium, inventum est, qvod, ut carmen redderet, solicitabat, Patro-
nis dedicandum, qvorum antea ope multorum jam paupertas erat sublevata.

Ne-

Neque illud, in eo pangendo versatissimum, non respondebat feliciter, sed, qui solaretur Poetam inopem, nemo aderat: hinc ad Musicam confugiebat, alterum tractæ fortunæ sua præsidium, Cantoris, si pateret, atque admissus esset, munus apprehensurus: sed & hoc ad irritum votum cecidit: quod pius evidebat illud erat, ac moderatum, sed minus divino probatum Numini. Provinciæ enim longe excellentiori magna ista virtus erat debita; ac dum alia Deus, alia etiam homines, eaque diversa consilia ineunt, felix ille solus est, qui, suis relictis rationibus, in ejus pedibus concedit fententiam, eiusque se totum permittit imperio, ac tantum felicitatis suæ autorem ac moderatorem sequitur. Ex eo vero tempore Wittebergam Lehmannus abire constituit; pervenit eo ipsis anni millesimi sexcentesimi sexagesimi quarti Calendis Julii, albo civium ab Sennerto adscribitur, ac domicilium sibi in ædibus, quas scholarum publicarum causa literarum studiosi juvenes frequentant, constitutus, convitus communis beneficio usus est. Instruxerat ipsum pariter, ac Immanuelem, aliquo pater optimus viatico; quod tametsi non usum adeo diuturnum collaturum videbatur, tantisper tamen sumtibus suppeditavit, donec alia, ex improvviso, oblate esset conditio. Wendlerus enim, morum ac prudentiæ civilis doctòr publicus, civis cui sum recivissem tam virtutem, quam fortunam: amplectendam istam, hanc emendandam statuit, quod vero ut fieret commodius, ad sobolem eum instituendam suam honesta ratione invitavit, imo pertraxit. Obsecutus ille haud ambiguam sibi laudem peperit, hofpitisque tam benefici cura & commendatione adjutus, Patribus ita plenisque innotuit, ut de finu eorundem atque complexu esset, ipsique in studiis ac rebus ejus amplificandis conspirarent. Fuerunt enim adjutores excellentissimi & paratissimi Ostermannus, Strauchius, Kirchmaierus, Roehrenleeus, o! nomen mihi exoptatissimum! Baumannus, Grünbergius, Mollerus; venerunt ad partes istas Calovius, Meisnerus, Qvenstedius, Deutschmannus, qvorum ope & duetu in sacris adeo feliciter versatus est literis, ut omnia e fundamentis erueret suis, de controversiis recte judicaret, scrupulos, qui de rebus dubiis moveri possent, prudenter tolleret, quæ dogmata in primis inculcanda, quæque facies per omne ævum ecclesiæ tuissit, nosset optime, & quæ multis potissima esse cura videtur, facundiæ magno iudicio temperatae crebra specimina ederet. Erat tandem in certamen prodeundum eruditum, atque in arena ipsa vis probe elimiati ingenii periclitanda, cumque id primum intra velum factum esset, deinde publice, moderatoribus Roehrenseeo atque Rœfero de sobrietate & transitu exercitus disseritavit, ac re bene gesta, se & Candidatum, & Magistrum Sapientiæ dignissimum probavit. Hactenus Lehmannus in scholis conspicutus est; nunc tructus ibidem reconditi publice proferendi erant; hinc aliam, quæ cum per triennium vixerat. Matrem istam valere jussit: hæc votum reddidit voto, atque acclamavit illud, ut felix abiret, omnique dignitate ac honore ornatus felicissimus reverteretur olim, arduosque doctoris titulos, tanquam pietatis auctoramentum, capesset. Sic tertia nunc series ordinanda erat, quæ media tcholas inter esset, ac munera publica, sed tamen honorata fatis, ac eo nomine salubris, quod tunc etiam instrumenta, quibus allevatus ad lumma adipiscere quævis posset, plura acquisita sunt. Domi datur apud venerabilem parentem aliquod respirandi spatum; idecirco sacræ partim sermones habiti, partim studia academicæ refumta, partim patroni & amici quæsiti sunt, per quos in pleno laudis proposito confirmaretur, Pri-

mus se ipse, per Ostermannum conciliatus, Zimmermannus obtulit, Misenerium Praeful eruditissimus, qui liberali eum stipendio invitatum, nullum alium in finem domi sua aluit, quam ut cum ipso eruditos de variis rebus sermones cæderet, perque torulos bibliothecæ, tam locupletissima, quam pretiū maximū, versaretur, ac ea, quæ ad rem facerent, enotaret. Divinitus hæc proficiendi oblatæ Lehmanno erat occasio, nemoque ea, tam bene, ac ipse, qui cum Lipsia antea, tum & Wittebergæ in ejusmodi areolis multum temporis atque fudoris impenderat, poterat uti: qui in eo secessu studiis teesse reperiebat penitus, inqve ipso laborem, quietem, vigiliamque, imo etiam somnum reponebat. Eruebat, qvod tam Patroni esset, quam suum, sibi æque ac isti propiciebat; ad eum gloria, ad nostrum acti laboris commoda permulta redundabant, cum aliis olim communicanda; iste in publicum dabat, quæ lucem expectabant; hic plura longe, quæ erat solertia, premebat, ac vere sua esse sibi persuadebat. Veniam dabitis, Auditores, si Liebhos, Perschios, Molerosque hic revocem, qui noſtri una felicitatem participabant, quiqve ibi in has coierant leges, ut caput doctrinæ sanctioris controversum proponerent, tententias conferrent, dissentiendo disceptarent, ac tandem item hanc amicissimam judicio & auctoritatí Zimmermanni dirimendam reliquerent. Nihil itaque librorum, nihil controversiarum, nihil tam vetustum, tamqve recentes erat, qvin illud exæctæ cognovisset: qvare, num temere a multis jam pridem judicatum tuerit: Lehmannum, qualis, & quantus fuit, talem in Zimmermanni contubernali factum esse, imo palmam ipsi dubium fecisse, non dicam præcipuisse? vos ipsi judicabis. Tempus erat, ut studiis hujus ac industria ratio ipli Senatui ecclesiastico innotesceret gravissimo, ac ipse justo pioque ritu provinciam sibi demandandam peteret. Admissus igitur est humanissime, auditus, perspectus, ac ita placuit, ad qvæsita omnia accurate ac nervose respondens, ut dignissimis sacri ministerii candidatis adscriberetur. Quartum itaque nunc qvæsi immutatus apparebat nobis Lehmannus; breve enim illud fuit spatium, quo eo se gesuit habitu; neminem equidem prensavit ambitione, aut abiecte, sed nec spe tamen & expectatione longa dclusus est. Anno enim vertente cum parentes gravis senio æque ac meritis vicariam posceret opem, ad alium neminem, quam ad nostrum item est; qui eum in finem natum se educatumqve esse ratus, ut hanc genitori gratiam redderer, illud, qvicqvad a Principe, vel ab his, qui ejus loco agunt, Proceribus amplissimi sibi decreum esset oneris, æqvo animo subiit. Velut igitur tellum apes regem lumen sublevant, ac, si volare nequeat, parata succollant: ita & Noſter humeros suos patri, senio ac multis ærumnis confecto, libenter substituit, eumqve, tasce levatum suo, isti afferuit quieti, quam ipse post qvinqaginta & qvatuor fere annos appetebat anxie. Ipsi natali vicefimo octavo sacro Dresenæ muneri initiarus est, accessit ad illud pridie Eiduum Decembrium, ac in re renui, quæ erat contentus, felicitatem existimavit hanc summam, bene de patre merendo, tolerare, qvibus prope callum obduxerat, angustias. Sed post aliquot annos ad majora eum rerum initia duxerunt fatæ: Annæberga enim decus illud expectabat, Lehmannum, tanquam Aelculapium, jure postlimini, ut ejus ministerio salva esset urbs inclusissima, & rebus suis mederetur, sibi exposcens. Atque hic ad obsequiū laudem erectus, paruit, & tanquam per qvinqennia stipendia sua facturus esset, primo Scheibenbergæ, cum patri succenturiatus esset, exacto, alterum Diaconus

Annæbergæ, tertium Archidiaconus ibidem ita confecit, ut, tametsi latere vellet, ipsius tamen merita & virtus in obscurio haud esse possent. Dececerat sua statione Kühnius, & omnia eo tendebant confilia, ut, qui mitis ingenii pastor esset, ac placidi, gregi sufficeretur; qvodque & hoc in eruditione maxima testatum Lehmannus fecerat, ipsi nihil tale cogitanti eadem decreta est. Conspiraverant Patrum sententiae, volebat eum Princeps Antifitem; solus ipse refragabatur, cui vix tandem, ut illud de se effatum susciperet, pervasum est. Suscepit tamen partes illas, at non nisi trepide & cunctanter: sed eam, quam de ipso sibi spem fecerant omnes, ita implevit cumulatim, ac sustentavit, ut eum ad has natum, non usu formatum esse, quisque assereret. Rara hæc ipsi tunc felicitas contigit, ut patrem simul ac sacerorum, quem pari amore prosequebatur, sacerdotes ejus haberet dioeceseos, cui præferat: eosque nihil pudebat filium ac generum salutare, rogare, adhibere in consilium, ipsiusque amica expedire jussa: ipse autem, cum Præfulem agere, ac Ephorum, non tamen obleqvii ac pietatis oblituscebat suæ, sed utramque sic personam miscebat ac temperabat, ut cum integra esset reverentia, tum autoritas. Qvanta vero istarum necessitudinum, tanta & reliquorum omnium, qvos cum ipso vel munerum, vel aliorum negotiorum ratio conglutinaverat, facta est conjunctio: reviviscabant hoc tam placido & vivido capite membra, coalescabant sine fuso amicitiae, & vel telle Nomenclatore Lehmanniano, qui non nisi cum sale amores spargit, amare ac amari, colere atque coli, omnibusque invicem officiis contendere, in consuetudinem abierat. In duodecimum hæc vita annum continuata erat, ac diutissime illius duratura videbatur voluptatis innocentissima fructu: sed quamprimum Roberi morte Freiberga dolere ceperat, Annæberga item sibi timuit, ne & ipsa illæribilem proxime audiret nuntium, qui Lehmannum sibi admireret. Neque in diem fuit, qvod timebatur; rumores primum ea de re serebantur incerti; postea hæc certior cognitiæ est; demum vero ubi desideria sua Freiberga expoluit, qvid isti animi iuuisse statuas? qvæ in oculis gestabat eum, & ex animo carum habebat. Nisi pietatis lex indignationem cohibuerit, matris succensus esset filia; sed ab hac ad luctum ea conversa, omnem ejus in lacrymas vim effudit. Qvamdiu illius frui conspectu licuit, domi adhuc istæ continebantur, sed ubi serio regnagi, eumqve ad abitum suum accingi, qvin abeuntem jam vidit, omnis subito advolavit etas, aliquique manus, alii brachia, alii sobolem amplexi, aliquid commodi se nacturos arbitrii sunt: ac Jobinus, Jure consultus celeberrimus, Lehmanno amicissimus, cum omnium nomine verba fecisset, & gratiam mentem meritiqve memoriam professus esset, universi demum hymnos orsi sunt pios, ac Virum utrinque tantopere cupitum, Freibergæ, optio amoris certamine, concederant. Sed utraqve urbs sua, unde erigi posset, invenit folia; ista Gezium cooptavit Summe reverendum, qui cum unius Lehmanni insisteret vestigiis, Lehmannum reddidit: ipse vero cum nihil hic de instituto pristino mutaret, qvæ saucia & prostrata fuerant, brevi tempore in melius restituit. Dimanaverat itaque lucis tantæ lama non minus ad exterros, tantumque ejus fruenda desiderium effecerat, ut & principes maximie ea uti vellent: sed vicit istorum patriæ amor studia; & ipse, qui suo contentus esse poterat, ista facile aliis truenda permittebat, qvæ per se eqvidem satis magna & splendida sunt, haud semper tamen tuta & fida esse conservare. Et quid si, qvæ maxima sunt, eundem expectavissent? Sed cum tanta Lehmanni esset moderatio, ut ne per somnum quidem de his cogitaret, qvid multa ea de re dicere attineat? qvippe vel hoc ægre impetratum, ut Doctoris Theologi titulos

tulos, qvos Witteberga alumno dedit suo, ac Patres ipsi ad unum omnes gratulati sunt solennissime, admiriteret. Miretur ille hanc ejus felicitatem cui nec vita, nec mores, nec vultus ipse satis fuerere cogniti: sed qui proprius cum ipso fuit, ac mente omnia intuitus est, eundem hac non florere non potuisse perpetuo, ultro affirmabit. Si formæ tacita qvædam commendatio est, per eam ipse jam fuit commendatissimum: justa erat statura, erectum corpus, concinna membrorum dispositio, vultus ingenuus, os castum, oculi excitati, frons apera, ac genarum gentilitia qvædam, qvæ vix mortuum destituit, yecundi amoenique ruboris svavitas. Fieri solet, ut qvandoque pulchro in corpore animus habet pessimum, qui ito, tanquam inancipio utatur abjectissimo, ejusque ad omnem libidinem ministerium applicet: sed par fuit animo hic corpus, animus corpori, qui huic nihil præcepit, qvin pulchrum esset, qvin honestum, qvin arduum magnumqve, ac aliqvid solidioris, vel privatim, vel publice, præstarer emolumenti. Scriptis nunc eleganter manus, nunc penicillum tractavit, nunc radium, aut instrumentum aliquod muficum: si seria magis vellat, ad poesin accensus est, aliasque epigramma aliquod fudit, alias, quis autem in tantissimil sperasser occupationibus? carmen longius, qvæ quidem si dispersa essent collecta, non justum magis, quam utili & elegantissimum volumen effectura videantur. Ac nescio, utrum ingenii potius felicitatem, an judicii gravitatem hic ego predicem? utroque plurimum valuit, ac utriusque conjunctæ vires qvid non tentarunt, atque expiderunt insigniter, officiis mutuo sibi respondentibus? Accedebat simul ad partes memorie stupenda ista alacritas, qvæ sive aliqvid arripiendum, sive fideliter custodiendum, sive integrum reddendum esset, non cessavit, non hesitavit, sed adfuit semper, ac, istis suppetias terentibus, plura saepè, quam acceperat, reddidit. Inde contigit, ut, sive in corona, sive ex fugelto loquuntur sacro, beata qvædam copia circumflueret: quamque cum ipsa excellens ea pronunciatio juvaret, nunquam eum locutum esse auditores piguit, saepius autem loqui desisse. Audiamus ea de re magni ejus in re literaria Dictatoris Schurzfleischii judicium, qui, cum perinusq; symbolum inter gratulatores darge luum, tunc Lehmanno, Doctori recens creato, magistratum gerens academicum, promptus, me rogante, stansq; uno pede, Musa adspirante diviniore hoc fundebat:

Primus honor pietas, sacri monumenta laboris
Pofit, Et has laudes candida Musa canit.
Illatibi longe producit tempore Vitæ,
Doctrine studiis semper amata tuis,
Plaudit turbæ freqvens, resonat concentibus aether,
Eusebii placidos ducit Et ipsa choros,
Purus, ait, cultus mentis, vos dulcior Hybla,
Munera Lehmanno deliciæq; sacra,
O! igitur nobro discedans nubila celo,
Doctori veniant secula fausta novo.

Si qvandoque persona illa severior exienda, & familiarius honoris, ac amicitiae causa, vivendum fuir cum aliis, nec rum ea ingenii linguaeque exaruit tecunditas, aut sterilior facta est: noverat enim te hominem else, non faxum, aut statuam ficalneam; noverat etiam, quantum amicis, quantumq; convivis, sine aliqvo autoritatis dandum esset dilpendio. Jucundus erat, fine curribilitate; differtus, non dicax; &, si vel ex novis vel ex antiquioribus, qvorum custos erat solerissimus, aliqvid promeret, ita ferebat, uti & oblectaret, & emendaret

ret, & qui adfluerant, vel hilares, vel meliores, vel etiam doctiores abiisse sibi viderentur. Conciliavit ea ipsi vivendi ratio amicos non paucos; eoque ipsum minus, Annæbergam cum Freiberga commutatam esse, pœnituit, quod eorum conciliandorum melior hic oblatra esset occasio. Ac melius agebatur cum hominibus, si in retinendis, quam parvadis illis, magis stndiosi forent: idem namque hic accidit sepe, quod in pecunia, jucundiusque longe acqviruntur, quam possidentur: sed Lehmannum qui semel amavit, semper amavit: ac ejus item nec ambulatoria, nec defultoria amicitia exiit. Fuerunt in istis Heroes illustrissimi, Viri munerum ac meritorum sanctitate gravissimi: nec eos se interiores, si modo boni essent, candidi, atque ad genium ipsius erecti, unquam alpernatus est, illud Minutum recordatus: *amicitiam patres semper aut accipere, aut facere.* Vobis, Auditores, de illis constat, quare non opus tam sacra allegare nunc nomina: si quis vero nominandus, Samuel Benedictus nominetur Carpzovius, summus ille Theologus, qui juvenis juveni adjunctus Lipsiæ, nunquam deinde, nisi mortuus, eum destituit. His itaque rebus Lehmannus publice omnino beatus habitus est; ac aliis id ipsum, quamquam paucis, accidisse videmus: sed multi horum foris incliti, domestica intelicitate, quod minns cauti felicesque patres fuerunt familias, existimatione suam perdidérunt. Longe autem benignius ipse datum habuit, neque in isto ejus hæsitavit felicitas. Convenit in manum illius d. IV No. nar. Octobris, anni M DCLXXV, Anna Rosina, annos vix natu quindecim, Viri perquam reverendus, Davidis Coleri, Schwarzenbergensium Pastoris filia natu maxima, in qua virginis virtus, ac præmatura quædam regundæ domus peritia ætatem supplebant. Nihil ea melius tuit, nihil sanctius, nihil ad omnem mariti optimi fortunam bene tolerandam accommodatis: quare sive ad votum res succederet, sive asperiora ingruerent, sive pestilens etiam morbus salutem infestaret publicam, domosque destrueret ipsas, ac omnes periculis exponeret, eodem ipsa in maritum fui animo. Abeunte ab te ad lectoris ferales precibus ac pharmacis muniit, reversum ab morituris, vel mortuis, blande, ac eo magis, quod tunc maxime trepidare atque angi videbatur, solatis suis atque verbis efficacibus erexit. Alios inopia medicamentorum, ipsum vero corundem prope tunc perdebat copia; contrahebatur ex nimio istorum usu, qutiam non supervaneus, tempore tam periculofo, putabatur, morbus cum sudore multo langvidus, atque rabificus; quodque ipsa illo difficilior erat curatio, ultima omnia meruebantur: sed & iste, sola Dei clemencia, temperamenti bonitate, atque uxoris tam fidelis sollicitudine superatus est. Novies haec ipsum patrem fecit, vel eo etiam nomine beatum, quod, cum geminam extulisse prolem, reliquam stirpem, summæ eruditiois laude, ac munerum splendidissimorum dignitate florentem, auspiciatissimisque junctam matrimonii habuit. Christianum Ehrenfridum Artis salutaris Doctorem, ac Archiatrum copiarum Saxoniarum in Morinis stipendia mereatum castrensem, vidit: Davidem Theodosium Professorem Poëtis Academiae Wittbergensis publicum vidit: Christianum Gottlobium causarum Patronum solertiissimum exercitatiissimumque vidit. Johannam Rosinam M. Paulus Christianus Hiltcherus, SS. Theologiae Baccalaureus, ac ejus, qua trans Albinum sita est, Dresdenæ Pastor, Christianam Reginam Johannes Georgius Steinælius, Senator, Prætorque Freibergensis, & Qvæsturæ Grillenburgensis tunc die domum duxerunt suam, Euphrosynen Magdalena M. Georgius Albinus Platerus, ad Divi Jacobi hujus urbis ædem, Pastor, Mariamque Sophiam Christianus Fridericus Wilischius, tunc Scholæ Annæbergensis Rector, post Gymna-

sii Altenburgensis illustris Director, ac deinde Concionator ibidem aulicus, nunc SS. Theologiae Licentius, atque Soceri beati Vicarius dignissimus, Virtus omnia mea laude maiores, conjuges sibi experientur votis iustissimis, & consecuti sunt. Accesit per Hilscheriam, mira Dei ope, optime constitutam, multisque roboretur furculis præstantissimis familiam progenitorum, Hilneriorum & Werchavorum Sacerdotum reverendorum, par nobilissimum: &, si numerum ineatus nepotum exoptatissimorum, septem mares, femellasque quatuordecim amplexus est, quibus tandem & pronepos accensus, quasi ultimum, in quotam magni Parentis, Avi Atavique spes & gaudia acqviecent, supplementum. En! igitur felicitates Lehmanni, carptim modo ac breviter, tametsi latet multa dixisse videri possim, expostas plures, si vel non inquiriras, sponte subjiciunt: quae veluti a Deo placato, & favente, procuratae, ita pietatis, industriae, fidei, candoris, & obsequiis, quod parentibus olim constans probaverat, præmia fuerunt certissima. Non eqvidem ignarus sum, ac mecum jam ante peregi, quid hoc loco, easdem prædicanti, possit objici: senem eum factum esse, viribus defecum, tratribus, toribus, genero, uxore ac prolis dilectissimæ parte, collegis, amicisque prope omnibus fuisse destitutum; Sed quid ea, quae res perpendit humanas, accuset? aut quæ infeliciorem sic Lehmannum redditum esse, planum satis faciat? Senes factus est, tateor, acita quidem, ut, aliquod vita incrementum addi posse, ne ipse quidem crederet: sed quotus quisque est, qui non opter consenescere? Quid igitur labis alicujus arguere senectutem, qui ita responderet, ac vota damnare sua ipse, audeat? Romanos olim de ponte senes dejecisse, Ceos cicutam iis dedisse, Scythas ferro interemisse, fama est: sed ferino, non humano ritu: At quis vires ita immunitas audivit Lehmanni, ut langveret oriofus, aut alius sua curanda negotia committeret? Vetus opinio tenet sexagesimo etatem hominis anno exigui, atque tunc non paulatim hebescere vigorem, sed labi præcipitem, penitusque extingvi: sed ne octogenario quidem Lehmanno illud accedit, ut præsentia animi spiritusque destitutus robur illud virile amisisse videatur. Tumulant senes ac tremunt; ipse erexit ac sine scipione incessit; morosi multi sunt; ipse blandus & affabilis; sunt obliuiosi; ipse & senex in numerato habuit memoriam; sunt cunctatores; non dormitum ivit, nisi penitus absolvisset diurnum: at ægrotavit; sed semper aliquid vita dignum fecit: non concionatus est; atqui hac non senectutisculpa est, quod idem saepè juvenibus usu venit: nec tamen tacuit. Senex fuit Lehmannus; ejus vero senectutis neminem penituit, quod ea quævis communis thelaurus erat, ac penus rerum in-exhausta, quæ solus fere ipse, præterquam eum nemo, novisse poterat. Et cuius tam constans unquam aut firma fuit felicitas, quin labecula aliqua ad persa sit? Dei ita, non hominum vita; sed divina tamen in homine virtutis, & ea, quæ adversa videntur in secunda convertere, & quævis fortunæ ipsi imperare posse, Amicit fratres clarissimos, sororesque optimas; sed Deus id volebat, cui parendum erat, quicque omnium sibi amores vindicat: generum extulit nobilissimum, videlicet filiam viduam; ille autem optime præparatus obibat; hæc ea esse debebat, quæ Patrem sublevaret solitarium, & tamen, eodem coelis reddito, res suas secundis votis repararet, eiisque qui alter ab eo fuerat, quævis testamenti tabulis legatur: uxorem desideratissimam senex, meroe affectus maximo, sepeliit; hoc humanitatis erat, sed ipse simul illatus coelis, cum ea tamen versatus est. At filios excellentissimos peregre mortuoscum cognovisset, cumque Platneriam suam mori vidisset, orbitatem hanc deflavit miserabiliter; nec fieri tamen infelicitis argumentum est; atque hanc etiam portionem sibi non admittam credebat, sed a Deo,

a Deo, a quo asservaretur, aliquando reddendam; atque istis hora quasi prima quies sua indicta erat, ipso ad duodecimam fudante, laboresque omnes exhaustientes. Amicis extintis solus relictus erat; num vero sine amico esse possit, quem Deus amat, quem pauculis annis minores familiarissime diligunt, quemque juniores, imo omnes, tanquam Patrem communem, colunt, ac venerantur? Ac demum undecies vidit fratrum reperita sepulchra; triumphus & his decretus erat; his laurus in cœtu illo, qui sine timore ac certamine agit, lumenta erat; istis itaque abeundum fuit, ipsi manendum, donec summus ille, impletis omnibus stipendiis, imperator missione honestam concederer.

Per omnem vero vitam felicissimus sibi L. Corn. Sylla visus erat, atque ex eo rerum successu cognomen sibi sumferat; unum deinde ad felicitatem sibi consummatam detulisse putabat, quod non ipse, sed Qv. Catulus, jovis atque Apollinis cibitorum triginta statuas, e Ponto translatas, in Capitolio dedicasset; tandem vero ante obitum neminem, ac funera suprema, beatum dicendum esse, a veribus arrosus exesusque, ac turpi & miserabil fato consuntus, declaravit. Ita nimurum cum iis agitur, qui omnia temere perpetrant, nec in animo, Deoque, felicitatis veræ modum constituant, quæ certe piorum tantum est, ac, istis erecta radicibus, ne in morte quidem ipstollicetur. Atque hunc, qui ita cum Deo & virtute vivit, ac bene tandem præparatus. Deique plenus vitam dederit caducam, si quis felicem tantum appetet, minus certe dixisse videatur? Romulum, ferunt, a Julio Proculo, cum, ad Capræ paludem exercitum lustratus, ex hominum contemptu, ad superos, si credere fas est, abiisset, augustiore forma in eo itinere visum esse: ego vero, quando, post tam pulchram beatamque vitam, obitum Lehmanni cogito, non possum eum non Augustum citare, istoque spurio, ac vano homine longe Augustiorem. Gaudent tui suis Principes, eosque jure meritoque obtineant; si vero, quod Dio Cassius, atque ex eo Xiphilinus habet; Augustum nuncupatum esse, qui hominis naturam excessisset, & quod sanctum præterea a honore fore dignissimum, adeptus esset, cum vero convenit: cum nostro præcipue, tum iis omnibus, qui paratione de statione deceaserunt sua, cœlique gloriam obtinuerant sacratissimam, nomen illud haud iniuste imponeatur. Dum vero Te, Auguste Lehmanne, Deo mentibusque beatis redditum mihi propono, neque in te, neque in manes tuos, si, quemadmodum in felicitate ista mortal is esse desieris, atque ea, quæ nunc colis, occupaveris tempora augustissima, nunc indicem, peccatus ego mihi videar. Nunquam vero tu ita, donec inter nos vixisti, adhæsissemundo, ut cœlo tibi esset potior; illum enim valere jubebas, hoc spectabas: immo, velut radii solis, per terras sparsi, cum ex cœlo, tum in cœlo sunt; sic mens tua, quanquam hic esse videbatur, tamen humiliora ista, tanquam quisq' vilias intuira, non autem amplexa est, suas unice, unde venerat, secuta origines. Repetere hic licet, quod in ore, corde profectum, Divus Pater, tanquam suum, habebat semper, amicisque recordationis ergo inculcabat: *Vita mihi Christus, mors lucrum, cetera nugus.* Cujus quidem dicti sensum Chrylotomi, celestissimi concionatoris, verbis, cum paulo ante fatalem sibi mortum, Sacrarum literarum perantiquo codici cuidam, varia per bellum illud tricennale fata expo, & in quo nomina sua venerabilia Lutherus, Cruciger, Bugenhagius, ac alii magni religionis affertores, confrisperant, ipse quoque sociis illis dignissimus, calculum suum daret, ita elocutus est: *Ad buncetiam modum, inquietus, se habebat Paulus: mihi vivere Christus. Si meam vestigias vitam; ILLE EST. ET mori lucrum; cur? quoniam major mihi illius notitia erit, & familiarius cum ipso versabor. Quare? hoc nihil alius est, quam moriendo ad vitam pervenire.* Sic tota ipsius vita per perpetua mortis sui commentatio, perpetuaque de Christo, vita sua, meditatio, quem vivus, quem moriens, salvus item ac ægrotus artissime tenuit. Neque enim F eum

eum ego satis pium ac felicem judico, qvi omnem mortis, dum firmus valensque
 est, cogitationem abicit, nec ante, quam prænuncius ejus, morbus appareat, de
 ipsa admoneri vult. Vincenti prius sunt terrores ejus, aculeique obtundendi,
 quam ingruat; qvo, si mori tandem contingat, omnis jam ejus sentina amarities-
 que exhausta sit, ac ipsa in more haud aliud quicquam, atque futura vita dulce-
 do, prægustetur. Nec opprimet talem, sive ex infidiis veniat mors, sive aper-
 tam vim adhibeat, justaque contendat acie; ad itas enim nunquam non acutus
 est, & providus; ad hanc autem, ab armis illis divinioribus, nec hostili potentia
 per rumpendis, instructus, validus satis est, omnibusque adversariis robustior. Ita
 Lehmannum omni ætate morbi tentarunt, ac sæpe cum periculo; sed, qvæ nobis
 nostræque eum saluti servatum voluit, cura divina & providentia, dylenteria me-
 debatur, ex qva puer laborabat, anteqvam paternas ædes excederet; hæc,
 cum peregre studiorum caufa versaretur, ne sinistri aliquid valetudini, tametsi
 non adeo firma esset, experteret, illud effecit; fluens illa pestilens mali contagium,
 ne noceret, cohibuit, atque timore medicamentisque ac sudoribus emaciatum cor-
 pus erexit; hæc etiam capitis dolores lancinantes, & prope contiuui, ad animum
 ne penetrarent, medelam adhibuit. Unus circa senium notior reliquias erat, nec
 mitior tamen, aut clementior, morbus, qvi, ex calculi natus laboribus, omnes ali-
 qvoties vires nervosque ita, ut ipsa fatalis migrandi necessitas incumbere vide-
 tur, prosternebat, id qvod vere primo anni millesimi septingentesimi duodecimi
 præcipue factum esse, recordamur. Sed & tunc, aut per naturam insita vis, aut
 preces prævaluerunt nostræ curatissimæ, qvod ex lento isto servatus malo, nobis-
 que inter gratulationes mutuas felicesque acclamaciones restitutus est. Sive au-
 tem subito ille vita melioris janitor ingruere, sive lento etiam gradu adreperi-
 vellet, perinde Lehmannus habebat: nisi forte prius illud maluit, imperatoria qva-
 si, in fugienti ipso, morte defuncturus, qva Nicolaus olim Hausmannus Freiber-
 gæ, & Wolfgangus Stolbergus Annæbergæ, qvibus ille post intervallum succe-
 ferat, ad concionem beatorum translati fuerant. Qvod certe alii timent, ac formi-
 dant cogitare, ne fortasse tata ipsi ante diem accersant sua, ille jam pridem exped-
 ite sollicite: vasa enim collegit mature, iter præparavit, tabulas condidit, vita ra-
 tiones consignavit, dormitorium construxit, monumentum & signa, qvæ illud
 monstrarent, ex ære conflatæ sculpique jussit, sed ita ut Deo O.M., vita pariter ac
 mortis arbitrium relinqueret. Illud autem, seu bene valeret, seu morbis etiam
 pertentaretur, in votis unice habuit, ut hoc sibi Numen daret præpotens atque
 propitium, ne tempus illud incideret, qvo per virium infirmitatem, aut ab studio
 ac opere suo sibi ceßandum, aut fine fructu vita, quam vitam non existimabat,
 vivendum foret. Levavit, Auguste Senex, cura ista Herus te tuus, cui ultra di-
 midium seculi, qvæ etiam tibi publice jubila, ante hoc quadriennum, & qvod ex-
 currat, gratulati sumus, qvid? qvod per omnem vitam, quam dederas fidem, ex-
 acte exsolvisisti. Qvælibet enim, quam superat diem, sui laboris documenta edi-
 dit; nec tempus, qvo lectulo affixus eras, te istis liberavit omnibus; cum vis mor-
 bi maxime incumberet, finem vita impositura, opera tamen nondum tu finem
 imponebas, Theologum quoque stantem mori oportere innuens. Qvamdiu su-
 um manus officium fecit, ipse Lehmannus adfuit; donec ad mensam, ejus faci-
 iendi caufa affidere, & scribere necessaria licuit, assedit, & scripsit; cum trenu-
 la id ipsum renueret dextra, animus excubari potuit, qvi paratus immortusque
 omnia acri adhuc judicio ab origine causisque primis repetebat, discernebat, ex-
 pendebat, ac sine hæsitatione responsa edebat luculentissima. Audio, inquit. Vi-
 rum, qvi morborum, mortisqve adeo ipsius, diu satis, vel contempsit, vel elusus
 insultus, sed qvisnam demum subegerit illum casus, audiam. Adventarant anni
 supe-

superioris calendæ Juniae, ad Nonas Idusque procedebat mensis, simulque familia-
 ris ille aderat calculorum dolor, qui primum, sine tamen alicuius periculi formi-
 dine vellicabat viscera; sed ille, tanquam in occulto latens, cuniculos agebat, ma-
 chinas struebat, aliosque in subfidum ciebat morbos, quorum conjunctis opibus
 atque copiis, aditu semel patefacto, perrumphebat, tamque sacram, atque tot vir-
 tutibus ac meritis communitam accerrime vitam oppugnabat. Acceperat etiam
 cum ipsis lenta quædam febricula, quæ siti accensa, omnis prope cibi resting ve-
 bat appetitiam, somnum intringebat, coarctabat, ac vanis etiam ingratissime
 turbabat imaginibus, langorem, sudore nocturno manante, inferebat, ac si quid
 inducariæ quietis concessisset, tamen vehementius instabat postea, & quicquid
 virium supererat, carpebat, paularim ac depauperabatur. Ita enim non repente cor-
 pus, præstantissimum mentis illius domicilium, defruendum, atque rumpendum,
 sed temporis successu labefactandum, atque ab eodem, qui ante construxerat, ut
 sponte sine dolore nimio, tanquam maturum, collaboretur, sensim dissolvendum
 erat. Quoties igitur vota exaudiens suorum, vita atque incolumitatem ipsi-
 us posecentium: quidita Numen, inquit, celeste fatigare precibus velitis, nibil certe pro-
 fecturis? Satis mibi tum vita, tum beneficiorum divinorum est; quicquid agendum fuit, Dei
 jam benignitate ad finem venit, quid refat? quam ut clausula bis imponatur, si Deo ita via
 sum sit, negotia, eoque, in hoc theatro omnibus paribus bene peracti, letum illud audiam;
 plaudite! Dissolvi cupio! Ita ille, tametsi longquinque ac insuperabilis morbus erat,
 nec dixit quicquam, nec fecit, quod vita anteactæ laudes & constantiam posset
 immixnire; & quo propior fini erat, eo magis, per calamites senniumque cor-
 robora virtus emicuit, quæ morbis tandem, atque morti ipsi, illudere ausa est,
 Contemnit aliis mortem, quia desperat; aliis, quia mens bene conscientia ipsum eri-
 git; aliis, quia non male secum actum iri, sed longe meliorem se manere vitam,
 persuasum habet. Impie iste obstinatus est; alter vera ignorat solatia; tertius o-
 mne Christi meritum, omniaque ipsius nascientis, patientis, morientisque, nobislega-
 ta munera fide amplexus, palmam obtiner, quibus stipatus, in morte vitam, inque
 sepulchro celum ipsum invenit. Hæc etiam dum lingua labisque quicquam valuit,
 docuit Lehmannus, hæc summa ipsius fuit sapientia, quæ eum spirantem adhuc
 sustentavit atque solata est, exspirantemque augustissimum celi sedibus intulit. Il-
 luxerat ille, qui quintus erat Calendarum Novembrium dies nobis funestissimus,
 qui gaudia, qui delicias, qui caput nostrum, qui currus Israelis, ejusque abstulit
 equites: & Lehmannus non ignorabat, eundem se ultimum actum, non vero
 exactum esse; sed tamen solito esse videbatur hilarior. Curis enim omnibus
 antea sese liberaverat, Ecclesiæ, Civitati, Familia, Cognatis, Proceribus, Patribus,
 Collegis, Amicis atque Clientibus, vota pro iisdem spiritu ardentissimo nuncupans,
 consuluerat: muneri jam curabat gener maxime reverendus, ac ipse, Deo unice
 relietus, immensa ista, ad quæ nunc accessurus esset, gaudia prospectabat. Interve-
 niebat læta huic ac tacita mentis intentioni collega exoptatissimus, qui & ipse in-
 societatem admissus, alloquiis animam, quam mysteriis paulo ante expiaverat, con-
 firmabat ipsius, atque cum tempus esse putaret, quasi ultimum videret, antiquum
 illud vale! acclamans, abibat. Sed nunc, Divus noster, Augustusque Lehmannus so-
 lis, inquit, ero: nec solus tamen erat, quod Deus ad latus affidebat ipse, quo juvente
 animam drepente agere ceperit, & sobole, generoque, qui id futurum conjecterat,
 convocatis, placidissime reddidit, inque sua principia resolutus est. Ea igitur tanti
 vita fuit viri, hæc mors eius: & quid mortem eam dixerim commutationem, ex
 quæ ipsa consecuta est æternitas? Nunc vere ipse vivere cœpit, dum vivere desit;
 nunc depositis corporis senio affecti exuvitis, divinum illud augustumque in Patre
 nostro decus coruscat, quod in omnibus ipsis Doctoribus, qui æque ac iste, Deo soli

Be-3307 R X 2921400

38 : 38 (24 (38 : 38

addicti fuerunt, renovatur. Nunc, postquam e vita, tanquam e specula sacra, dimissus est, omnes laborum vigilarumque abstergit molestias, eoque, qui agno proprius perpetuusque habitus est, amictus, hystrion concinit, qvorum nostra nec capax vita est, nec sensum verbis idoneis potest reddere. Et quanto quidem inter nos, rebus bene gestis, aliis praestitit; tanto nunc ad eundem accedit propius, fruendoque, qua celi sint praemia, quamque quieta ibi ac stabilis eorundem professio, intelligit. Chrysippus. Philosopher ille excellentissimus, cum vim se virtutis tenere omnem crederet, fimo & constanti animo suum praestolabatur fatum, datoque signo, non ire, ne morari faceret, sed proslire se velle, indicabat: quid nobis, qui meliora docti sumus, faciendum arbitremur? Novimus Augusta Lehmanni gaudia; adipiscemus eo, ubi gaudet ista, nec viam, qua ad illam nos ductura vitam est, cunctando intercludi nobis patiamur. Perveniemus ad eandem metam, ipsius fideliter legentes vestigia: pari etiam ratione, si paria pietatis specimen, quoque hic nobis depugnandum est, edamus, coronabimur. En! adsumus, Augusta Lehmann, tuo semper regemur exemplo, tuis praecipitis formabimur; umbram etiam venerabimur tuam; te cogitabimus, te videbimus, te animis nostris receptum retinebimus. Qvam impatienter te nos reqvirimus; tam etiam gratum nobis erit, tuam, cum intra nosmet ipsos, tum od aram, ubi tua cum Geieris, Hausmannis, Welleris, Zeuneris, Kraut vogelis, Gensrefisis, Sperlingis, Starckii. Roberisque molliter cubent ossa, imaginem subinde intueri, sub ea confistere, prætereas comeare, deque tuis per illam beneficis admoneri. Divino, quod tam ditturnum eorundem nobis concepsit usum, Numini gratias agimus; tibi gratias agimus, per quem tam liberali manu ad nos ea protecta sunt: nec ea in posterum denegabuntur, si vota valeant tua & preces, qvas sublati ad celum manibus allegasti: valebunt autem, qvod tota precabaris animo, qvo etiam ea, qvæ cupiebas, rata fore, prævidere dabatur, ac præsentire. Tu qvemadmodum, Dive Pater, omnium piorum consensu ac sermone omni ætate celebrabere; ita nec stirps tua, qvæ tanta & tua, & majorum, & sua qvoqve virtute, atque gloria, nixa est, deficiat; nomen tuum in unico, tibi, fratribusque excellentissimi, superstite filio, duret, propagetur, amplificetur; tua, simulque uxoristuæ beatissimæ, imo & filiarum, ac generorum, sacræ muneribus ac insulis conspicuorum, ornamenta in feris longa, & non interrupta serie, propullulent, ac renascantur nepotibus. Tua vigeat, istorumque, in illis pietas; non cesset, aut vacillet felicitas; omnesque ac singuli, qvod sero tamerit, aut cuius certe haud maturius annis, contingat, ad eosdem, qvas tu nunc colis fedes augustas transferantur. Nube ista, qvam mors tua conflaverat, atque caligine discussa domui tuae inclusitissime soles reddantur, imo redundunt, ac oriuntur in genero novo, placidissimi: resque tam sacra, qvam publica, ex luctu erectæ, stent in posterum, inque illustri positæ floreant, & qvæ tu tibi applicabas, sed libare vix poteras, sene&tutis emerita solatia, cum omnibus, tum huic etiam scholæ continuenter, ejusdemque, qvod quidem futurum confidimus, commoda roborent. Atque fit tandem, Augusta Lehmann, qvod optamus, in lucem tuæ lucubrations proveniant, si Moses orans prodeat, si Jobus princeps prodeat, si Christi Servatoris nostri O. M. incunabula, scuticæ, coronaæ atque crucis, & alia multa, eaqve piissima argumenta, de qvibus verba olim, ingenti, cum auditorum tuorum fructu, fecisti, in lucem proferantur: te ipsum, qvæ post nos ipsos, & sero ventura est, tanquam in speculo, videbit posteritas, piamque eruditiorum tuam atque divinitus concessa tibi munera, admirata, salutisque tuae præsidium amplexa, tecum in Augusta illa, ad qvam revocatus nuper es, qvod meum qvoqve, cum te ultimum salutarem, qvod honorum omnium, immenso ejusdem desiderio accensorum, votum est, vita esse concupiscet.

Zc
3307

F.K. 60.

10.

Farbkarte #13	
Centimetres	Inches
1	1
2	2
3	3
4	4
5	5
6	6
7	7
8	8
9	9
10	10
11	11
12	12
13	13
14	14
15	15
16	16
17	17
18	18
19	19
B.I.G.	
Black	

EM, AVGVSTAMQVE VITAM

I R I

MME REVERENDI, AM-
que EXCELLENTISSIMI,

ISTIANI IMANNI,

DOCTORIS, PRAESVLIS
ASTORIS PRIMARII, AC SCHOLAR-
E OPTIME MERITI,

ND. FEBR. A. S. c/o 1884,
FASTIS PAVLLO SACER EST,
NE HAC PARENTALI,
A FIERI POTVIT,
TO DEBEBAT PATRONO SVO,
RELIGIONE,

IO GYMNASII MAIORE
EXPOSVIT
MOLLERV, RECTOR.

REIBERGAE,
OPHORVS MATTHAER.

